nas & cauſas in ſuis comitatibus, quæ Status imperii Principes Cluten. *d. Syll. concl.* 26. *lit. b.* ubi ſex ordines Comitum recenſet, & quinque prioribus Regalia tribuit. (e) Dicti noſtrâ vernaculâ linguâ Freyherrn: Comitibus æquiparantur, Marin. Freccia Neapolit. *in com. Feudd. lib.* 1. *t. de Origin. Baron. n.* 14. Henn. Giden. *Conſ.* 3. *n.* 7. Jacob. de S. Georgio *de Feudd. in verb. Carolus Dux Sabaudia, verſ. Quid ſi vel Dux, n.* 10. Zaſ. *tr. Feud. p.* 5. *n.* 29. Baro Schenck. *c.* 1. *Quis dic. Dux Com. vel March.* Schrad. *tr. Feud. p.* 3. *ſect.* 1. *n.* 23. *& ſeqq.* & de Feudd. Regalibus, æquè, ut Marchiones & Comites, inveſtiuntur. *tx. in c.* 1. *de Feud. alien. in f. verb. vel aliarum dignitatum.* Non enim minus ſunt Status imperii, quàm Comites. Hinc ut Status imperii ad comitia vocantur, quibus finitis, illorum & Baronum nomina Receſſ. Imperii ſubjunguntur. R. A. zu Augſpurgk 1500, ibi: Graven/ Grave Haug von Werdenbergk / & ibi: Eberhardts Herrn zu Königſtein: Ord. Cam. Conſt. 507 (f) Quæ definiuntur, quod ſint communitates directò imperio parentes, jus ſeſſuræ & Comitiorũ in Comitiis obtinentes, Freye ReichsStädte, jura Principum cum Regalibus, ratione rei, vel territorii habentes. *tx. Conſt. de Pac. conſtant. v. Nos Romanorum, & ſeqq.* Gail. *de Arreſt. Imp. c.* 9. *n.* 1. Vult. 1. *de Feudd. c.* 5. *num.* 15. Rutger Rulant. *de Com. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. Thom. Michaël *de Iurud. th.* 44. Die Landsfürſtliche Obrigkeit/ oder die Landts Ober- vnd Herrligkeit. Quo ſenſu reliquæ Civitates municipales Mediatæ privatorum loco habentur. Gail. 2. *Obſ.* 57. *n.* 7. Cuius vigore Liberæ Imperiales, poſsũt vrbes ſuas munire, Arniſ. *de Iur. Mtu, major. c.* 5. *n.* 8: fortalitia erigere, &, ne talia extruant, impetratis privilegiis, vicinos impedire. quod Lubecam, Hamburgum, Bremam & pleraſque inferioris Saxoniæ inſigniores Civitates feciſſe, author eſt Bruning. *lit. c. d. lo th* 21. Alſo darff auff die drey Meil weges vmb die Statt Speyer kein Burgbaw gemacht werden/ ex privil. Carol. IV. Lehman *lib.* 5. *c.* 43. Idem Carol. IV. dedit Spiræ privilegium, das ſie ſich beveſtigen mögen. Lehman *d. lib. ult. c.* 57. Ex quibus intrepidè concluſerim liberas Imp. Civitates bellum intimare poſſe, ut in terminis de iis ſentit Konig. *Theatr. polit. p.* 3. *c.* 2. *n.* 28 (g) Hanſee Städte quaſi am See Städte/ quod mari finitimæ, Beſold. 2. *Pol.* 6 non minimam partem ornamenti & firmamenti Reip. Romano-Germanicæ adferunt. Bo-

tang.

nine. *d. loc. th.* 17: gaudent jure Legationis. R. A. de an. 566. § Die An- vnd SeeStätte belangend: jure Comitiorum, Imperatorum, Hiſpani, Poloni Legatorum, præſentiâ comprobatorum, confœderatorum, R. A. an. 598: non attentô, quod Hiſpaniæ Regis legatus aliquando petierit, ne Britanniæ Rex, Batavorum Oratorem, ordinis dignaretur titulô, ut ſcribit Meteran. Von Niederländiſchen Kriegshändeln *lib.* 24. jure Fœderum, quæ cum Regibus & Principib. etiamnũ habẽt; quorũ Catalogũ recenſet author der vereinigten deütſchen Hanſee Stätte: jure Geranii, Stapulæ vel Emporii, der Niederlage vnd Staffelgerechtigkeit/Staffelfreyheit/tanquam inſigni quodam Regali. Beſold. 1. *Pol.* 4 *n.* 54. Thom. Michael. *de Iurisd. th. 12. lit. a.* fac. poſita à Sebaſt. Nævio *Syſtem. Iur.* 2. *Tract.* 36 *n.* 410 *& ſeqq.* & Göden. *Conſ. 3.* Quæ cum multis aliis ſuis judicio ſunt, hiſce Civitatibus jus diffidandi non denegandum eſſe. R. A. de an. 555. 570. 576. 582. 594. Ut nec, ex idenditate cauſæ, Nobilibus liberis, der freyen Ritterſchafft in Schwaben/ Francken/ Reinlanden: Item der Geſellſchafft S. Georgen Schil[illegible]ub. Elias Schrot. *de Iur. bell.* Atque ita poſitio noſtra 6. [illegible]. Interdum inevitabilis neceſſitas & ſubitaneũ periculũ jubent claſſicum canere, & arma arripere, etiam inconſultô Imperatore: idque ob ejus Seceſſum, vel Receſſum. priori modò, ſi mora periculum attrahat: ne contingat, quod Romanis objectum: Dum Romæ conſultatur, Saguntum expugnatur. innocens enim aliâs atque ſermone, quantum exemplô prodeſt, tantum ſilentiô nocet; tum latratu canum & baculo paſtorum, lupi arcendi. *Diſt.* 43. *pr.* poſteriori, ſi Imp. quidem præſtò ſit, deluſoriâ tamen comperendinatione & moratoriâ oppreſſis non ſuccurrat. Tunc conſultum milite militi obviare, armis arma opponere & hoſtem ab imperii finibus depellere. Frid. Schenck. à Tautenb. *c. 1. pr. hic finit lex.* Joh. Zabel. *Inſt. Feudd. exercit.* 7. A paribus enim procedunt, nullum eſſe Imperatorem, qui defendat, vel eſſe quidem, ſed talem, qui ſuos defendere nolit. Bocer. 1. *de Bell.* 5. *n.* 7. Magiſtratus æquè ut privati eſt, ea, quæ ſui muneris, obſervare. Defendere itaque ſibi ſubjectos cum ejus ſit, cur non facit, vel facere recuſat?

Materia circa quam, vel Objectum, eſt hoſtis externus (a): isq; corporis dividui (b), vel individui (c).

(a) Ab hoſtiendo, id eſt, æquando, ob pugnam æqualem. Hinc Hoſtimentum idem quod æquamentum, ſecundum Noni. Marcel. Olim dicebatur perduellis, hoſtili animo contra Remp. vel Principem animatus. *l. f. ad L. Iul. Majeſt.* Hodiè, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante, HOSTIS, Cic. 1. *Off.* Quâ voce peregrinus ſignificatur, habens Remp. curiam, ærarium, conſenſum & concordiam civium & rationem aliquam, re ita ferente, Pacis & Fœderis. Unde cũ piratis & latronibus, & ſervis fugitivis bellum non eſt. Paul. Buſi. *3. de Rep. 3.* Ingenui enim, non ſervi ſolent certare. *l. 7. §. Si quis. 4. ad L. Aquil.* ut nec cum ſubditis alienis, vel noſtris *l. Si quis ingenuam. 21. §. 1. de Capt. & poſtl. l. Cum cognatum 4. C. de Ingen. manum: l. Meminiſſe. 7. C. ad L. Iul. Majeſt. l. 1. pr. C. de Cad. toll.* Rebellando enim Juriſdictioni ordinariæ ſe ſubtrahere nequeunt. Bl. *Conſ 96.* Unde Carol. V. Legatos Ducis Mediolanenſis ſibi ſubjecti & bellum molientis, in carcerem conjecit, ut ex Bodin. & Arum. allegat El. Schröt *d. lo.* (b) Utut enim hoſtes & hoſtilia primariò ad Communitatem reſtringenda, *uti ſup. Poſ. 2. lit.* nil tamen impedit, quò minus etiam dicamus in privatum, qui non in civitatibus & pagis, ſed in caſtris aut villis, Auff ſeinem Schloß oder Meyerhoff wohnet/ poſſe diffidamentum committi. Landtfried *an. 521. in pr. circa f. ibi*: Noch auch einig Schloß/ Stådte/ Márckte &c: R. A. an. *555. §.* Als ſich dann auch zu vielen malen / vnd an vielen orten &c: Cothm. *Reſp. 2. n. 89. lib. ſing. reſp. Acad.* Differentia igitur hoc in paſſu non ita conſtituenda ex perſonarum qualitate vel numero, quàm ex delinquentis animo & facto, ad P. P. turbationem directo. Voluntas ſiquidem & propoſitum diſtinguunt maleficia. *c. Omnis iniquitas. c. Homicidium de Pœnit. diſt. 1. l. Qui injuriæ. 53. pr. de Furt. arg. § Furtiva. v. Furtum. Inſt. de Uſuc.* & adfectio operi nomen imponit *l. Si non convicii. 5. C. de Injur.* (c) Veluti Provinciæ, vel alicuius Univerſitatis, Oppidi, pagi. *d. t. 17. A. B. ibi Quibuscunq; dominis aut perſonis: & ibi: nec licere prætextu diffidationis cujuslibet*

vel quempiam invadi. R. A. de an. 494. Rubr. Friedtbot; ibi: Noch auch einig Schloß/Städt/Märckt/Befeſtigung/Dörffer/ Höff oder weiler abſteigen/ oder ohn deß andern willen mit gewaltiger that fre- ventlich einnehmen/ oder gefährlich mit Brandt/oder in andere we- ge dermaſſen beſchädigen ſoll. &c:

VIII.

Forma eſt vel interna, vel externa. Illa fundatur in prædictione vel indictione (a) armorum (b): ſpolii (c) vel rapinæ (d): ignis (e). Hæc explicatur voce (f): literis (g): nuncio (h): ſignis (i).

(a) Huc pertinet modus formalis conſiſtens in formâ denunciandi, quod fieri debeat: (1) perſonaliter, vel in loco habitationis (2.) tres dies naturales antè (3) interdiu, non noctu (4) per teſtes idoneos. A. B. *d. t.* 17. d. Conſt. Frid. I. *de Incend. & pac. viol. § ſtatuimus*. Goldaſt. in Reichsſatzungen an. 1398. Dominic. Remem. ... 4. ibi: Das niemand den andern angrifen / noch beſchädigen ſoll/ er habe den oder die/ zu den er zuſprechen hat/ fürhin erfolgt/ was ſie ihm rechts vnd beſcheidenheit vßgangen ſind / vor dem Landtfrieden vnd den andern darzu geſetzet / ſo ſoll er ſich erberliche drye Tage vnd drye nacht fürhin bewehrē mit ſyme offen brieve/ da derſelbe/ den er beſchädigen will/ mit ſyme libe/ zu der zit wonhafftig iſt / oder ſyme ſelbs in ſeiner gegenwertigkeit/ geben ane geverde. In Poloniâ, poſt inſcriptionem diffidamenti, diffidans nil violenti attentare debet ad decurſum ſex ſeptimanarum. P. Sczerbic *d. Promt. ſtat. Regn. Polon. p. 4. c. 5.* (b) Arma propriè ſunt omnia inſtrumenta quibus ad vim inferendam, vel illatam propulſandam, cominùs vel eminùs offenſivè vel defenſivè, contra hoſtem uti poſſumus. Beſold. *2. Conſ. 7. n. 12.* Sub poteſtate autem ea movendi, eſt bellum indicere & componere, pacem facere, & diſſolvere, fœdera inire, legatos mittere & recipere, exercitus conſcribere. Arniſ. *c. 1. de Iur. M. majeſt. n. 9. & c. 5. n. 10. ex* Iſidor. *in c. Ius militare. diſt.* 1. Quæ omnia ad principem ſpectant. *l. 12. tabb. 3. v. eadem lege. ad L. Iul. Mtis.* ſicut & fabricæ armorum bellicorum & armamentaria, à Feudd. dicta

Armandiæ, vel Armaniæ, Zeughäuſer *c. un. quæ ſint regal. 2. F. Nop.* 85. & eo inſcio, privatis interdicta *11. C. ut armor. uſus inſc. princ. int. li.* 11. cum, ne ſcilicet imperii jugum excutiant. Ariſt. 5. *Pol.* 11. quod ipſum Reges regni Monomotapæ, ſub tropico Capricorni, in promontorio capitis bonæ ſpei, alterutrô armorũ, quæ pro regalibus inſignibus geſtabant, indicare voluerunt, nempè unô, ſe ſcelerum vindices futuros, alterô, ſe vim externam ab hoſtibus armis & Virtute repreſſuros, Hieronym. Oſor. *lib.* 1. *de Reb. Ind:* tum ne P P turbent. (c) In licitâ diffidatione conceſſi, in illicitâ, de Jure Civili, ſub pœna gladii prohibiti, *l. Capitalium.* 28 §. *graſſatores.* 10. *de Pœn.* P. H. O. *art.* 126. De Jur Sax. gladio puniti rotæ imponuntur, wird das Schwert erkandt/ vnd dann der Leichnamb vffs Rad gelegt. Sachſenſpiegel *lib.* 2. *art.* 13. Quin immò quibuſdam in locis ocreati cum calcaribus ſuſpenduntur, werden mit ſtiefeln vnd ſporen auffgehenckt. teſte Abrah. Sawrn in Seinem Straffbuch *c.* von Straff der Räuber. Et hi ſunt illi graſſatores, qui in publicis viis homines, prædæ causâ, ferrô aggrediuntur, & pecuniis veſtibusque eos ſpoliant, Räuber/ Freybeüter: quibus ſimiles piratæ Meer: oder Seeräuber/ & nocturni agrorum depopulatores *l.* 1. *l.* 2. *C. Quand. lic. unic. ſin. jud.* Br. *in d. l. Capitalium* 28. §. *famoſos* 15. *n.* 1. & 2. Damhoud. *Prax. crim. c.* 102. *n.* 1. (d) Quæ itidem, ut ipſum bellum, licita, ſub hoc tamen temperamento & moderamine, ut frugibus, agris & hortis, quantum poſſibile, parcatur, niſi ſummâ neceſſitate alitèr flagitante. Deut. 20. & 23. Joſ. 8, 1. Sam. 15. A. Gent. 2. *de Iur. Bell.* 23. Quæ ſimul cauſa fuit, cur Veneti an. Chriſti 1508. die 3. Decembr. Maximil. Imp. per legatos bellum nunciarint, uti conſtat ex Reichshandlüngen Goldaſt. *p. mihi* 7 . *pr.* Non ſolum a. committitur in rebus, ſed & hominibus. Ob raptam Helenam incendium belli Trojani exortum. Rapiuntur enim virgines, pueri; divelluntur liberi â medio parentum amplexu, matresf. patiuntur, quæ victoribus collibent. Saluſt. *in Catil.* (e) Hoc homines non ſolùm in bonis, ſed & perſonis affliguntur. *c. Suſcepimus.* 10. *X. de Homic. c. Cum homo.* 23. *q.* 5. Quid verò, ſi diffidator incendium alicui incolæ minetur, Das er jhm wolle einen rothen Hanen auffs Hauß ſetzen? Quæ verba, etiamſi ad perſonam privatam directa, minitationem redolere videantur: attamen

mei

men ce erà diffidationem ſapiunt : tum, ob terrorem & metum, qui hac occaſione vicinis incutitur, dum inſomnes noctes agere, ædibus ſeſe continere, & ſua curare nequeunt: tum, Quod neglecta ſolent incendia ſumere vires; ſæpiusculè enim unius domus incendium, poteſt eſſe totius civitatis triſtiſſimum exitium. Weſenb. ad tit. neidvv. §. *Item Lex Iulia, de vi. n. 4. Inſt. de Publ. jud.* ſequitur Anum & Rumelin. *d. t.17. Chryſobulla.* (f) Hinc ad illud Virgilii lib. 10. circa pr.

Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebat,

Servius Honoratus ita ſcribit: Si quando homines, aut animalia ab aliquâ gente rapta eſſent, populo Romano cum Fecialibus, id eſt, ſacerdotibus, qui faciendis præſunt fœderibus, proficiſcebatur etiam Pater Patratus, & ante fines ſtans, clarâ voce dicebat belli cauſam, & nolentibus res raptas reſtituere, vel auctores injuriæ tradere, jaciebat haſtam, quæ res erat pugnæ principium: & jam licebat more belli res rapere. Reſpectu abactorum animalium erat talis formula antiquitùs, licet barbariem ſapiat, recepta: *Noſtrum Cives dicunt veſtrum Cives* Bonū Mane: *Rapuiſtis noſtra pecora, care-[illegible] & cætera.* Ex quo, haud dubiè, adhuc eſt, quod multis in provinciis frequentatur inter nobiles & alios, ut, quando agris [illegible] damnum intulerint pecorum paſtu, ea ſoleant propriâ auctoritate abigere, & ad reſtitutionem damni aſſervare. Sic, quod de Sacerdotibus dictum, ejus veſtigia adhuc in regno Poloniæ adparent. Ibi enim diffidatio per miniſterialem, & duos nobiles ad valvas Caſtrenſis loci illius, in quo adverſarius vivit, perſonalitèr intimanda. P. Sczerbic *d. loc.* Hodiè diffidamentum vocale ita ferè concipitur: Das einer wolle mit Schwert/ Fewr/ rauben oder morden/ als ein abgeſagter Feindt/ auffs euſſerſte ſeinen Feindt verfolgen/ verhawen vnd verderben: *fac. ſupr. Poſ. 1. lit. c.* & R. A. paſsim. Ubi nonnulli nudas minas, directas in corpus & vitam ſolius privati, [illegible] inducere diffidam, Als wann einer dem andern den Todt androhet/ bedräwet oder zuſchweret/ quod Galli & alii utplurimùm extremitate digiti morſicando intendere dicuntur. Cujus generis erit, ſi aliquis privato denunciet: Mit Jhm Kugeln zuwechſeln/ oder ein Kavel / ut quibuſdam ſonat, zuziehen. Quæ ſtatuent, ſi ex calore iracundiæ, ebrietate vel lubrico

lubrico linguæ lapſu fiat, cui jura parcere ſolent. *l. un. C. Si quis Imp. maledix.* Beuſt. *ad l. Admonendi. 31. n. 1179. v. ſi aliquis calore, de Iuris jur.* Quid verò ſi ita: Wolle ſich an jhm rechen / jhms gedencken / oder jhn wol wiſſen einmahl drumb zufinden? R. Diffidatoria verba non ſunt, per rationem ſupra *poſ. 2. lit. c.* nec minationes (quo caſu; ut fulgur èx vitro contemnenda. P. Theod. *Coll. crim. auct. 7. diſp. de Nec. Defenſ.*) per *l. Proxime 3. §. ſed in re dubia, de His quæ in teſt. delent. l. Semper in dubiis. 56. de R. I. c. Eſtote. 2. X. de R. I.* Georg. Mor. de Nigromonte *tr. de Venat. part. 1. c. 1. n. 56.* Hering. *de Fidejuſſ. c. 5. n.* 188, 189, 190: niſi de mente & adfectu pronunciantis alitèr conſtet. Arum. *d. c. 17. A. B. th. 17.* Quid hoc caſu juris in Boruſſia, vid. Preuſſiſch Landrecht. *li. 6. tit. 5. de Cæd. & homic. art. 1. § 8 & 9.* Sin autem contingat, ut minitator talis, ædibus & laribus relictis, ad loca minus tuta ſe conferat, & aliis ſuæ farinæ adſociet, quorum ope & conſilio utatur, tunc certè ut diffidator habendus, & puniendus. P. H. O. *art. 128.* ibi: Vnd ſich an End vnnd zu ſolchen Leuten thun / da muthwillige beſchädiger enthalt / hülff / fürſchub vnd beyſtandt finden *&c: R. I. an* 1 *wir ſetzen / ordnen / ſtatuiren vnd wollen auch / das ſolche abſager vnd Landzwinger. *&c:* Matth. Coler. *Deciſ 232. incip: Diffidationes n. 3. & ſeq. part. 1. fac. not. ab* Hill. 17. *com. Don. 2. lit. O. &* Preuſſiſch Landtr. *d. lo.* (g) Durch Feind: vnd Abſags brieff per puerum mitti inſinuative uſitatæ. Sleid. *lib. 17.* Thuan *lib. 2. & 11.* Schardi. *6 Vol. 10. in f.* Helveti ante annos 100 pauperibus puellis ad hoc uſi ſunt, ut ex Birckheim. Beſold. *de Legat. 1. th. 9.* refert. Veneti an. Chriſti 1508. Maximiliano Imperat. ad hanc faciem bellum indixére: Dir den Kriege zuverkündigen / welchen ſie alſo vergen ther vnd ernſtlicher füren / alß ſye verletzte ſeyn / vnd mit einem grim ſern Zorn geraytzte / vnd ſein vnverſünlichen Geſcherpffte zue dem Eyſen vnd Waffen / Alſo ſo rüſte dich zu dem Kriege / der du ſo groß haſt geliebte das Eyſen / oder Schwerthe / haſt gedürſt das Bluthe / vnd der Gerechtigkeythe vnd Pillichkaythe biſtu geweſen ein Vberdretther. Goldaſt. *d. lo.* Quibus Imp. Maxim. inter alia reſpondit: Wir werden die edeln vnnd vorgeengſten zu Venedig / welche ſich der glückhafften vnd groſſen dinge vberheben / vnd den Halß vber die Pillichkaythe mehr auffgereckte haben / wiederumb in

Hie

zu [illegible] Viſcher wendthen/vnd werden ſie zwingen (ſo ſie jre thun volbracht haben) die Narunge auff den Viſcherſchifflen zuſuchen/ [illegible] ſie [illegible]undt als mit einer Küniglichen vberflüſſigkaythe / mit [illegible] Schyffen von den ewſerſten Ohrten der Welte / zuführen/ Sünder geeth hyne vnd fürthe den Kriege mit derſelbigen An[illegible]aythe vnd weemütigkaythe, als er verkünthe wirdt. *Id. ib. ubi p.* 92 [illegible]ptum Statuum imperii ad Venetos, anno ſubſequenti [illegible] ſubjungit. Quomodo Johan. Frideric. Elector Saxon. & [illegible]. Landgravius Haſſiæ Carolo V. Imp. an. 546. bellum indixerint, [illegible] Sleid. *lib.* 17. Thuan. *lib.* 2. Melch. Juni. *in Epiſt. Hiſtor. de*-[illegible] *p.* [illegible]. 545. *& ſeq.* Friderich Hordtleder *Diſp.* 4. *de Bell. German. in Corol:* item Smalcaldici fœderis ſocii Henrico Brunſvicenſi, [illegible] Jul. 1542. ex quo poſtea 9. Auguſt. obſidio Wolfferbyti ſubſecu[illegible], *ſupr. d. lo. lib.* 1. *c.* 25 *num.* 4. Hac occaſione poſſet quæri. Qu[illegible] ſtatuendum de literis provocatoriis duelliſtarum, Wann [illegible] dem andern ein Cartel ſchicken/ſich auff Leib vnd Leben / in [illegible] oder in Fuß zurauffen? Diffidationem non ſapiunt, fac. poſit. [illegible] A. B *th.* 19 (h) Qui olim dicebatur Caduceator, à Caduceo Mercurii virgâ ſerpentibus implicitis conſpicienda. Beſold. [illegible] c. 2. à Græcis κῆρυξ. Kirchn *d. lib.* 1. *de Legat. c.* 1 *n.* 23 Hodie [illegible] poteſt adpellari Tubicen, Trommeter / Trompter trom[illegible] welcher eine Stadt anblaſet; vel ein Paucker, Gallicè Tam[illegible] Beſold. *d. lo.* A Romanis vocabatur Fecialis. Bocer. 1. *de Iur.* [illegible] [illegible]icans de læſione Legatorum, pace, bello, induciis. Dn. Claten, *Parad* 19. *lit. b* Fuiſſe autem eorum XX, inter quos prin[illegible] vel primarius Pater Patratus nominatus, ait Beſol. *d. lo.* antiquis [illegible] quod Præfectus, ut ex Roſin. *Antiqq. Roman.* probat Dn. Pruck[illegible]mann. *de Regal memb.* 2. *eff.* 7 *n.* 150. Hodiè ferè poteſt dici Heroldus, quaſi Heros, Herold Beſold. *d. lo.* etiamſi ſit quædam diverſi[illegible] Claten. *d lo.* War. ab Erenb. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 18. *p.* 309: qui amiculo [illegible] & bombycino, inſignibus domini belli à fronte & tergo in [illegible] depictis; in manu candidum tenens bacillum, conſpiciendum ſe exhibet: præcedente equeſtri tubicine, tubæ clangore ſilentium imperante. Obrecht. *diſp. poſterior. de Bell. quæ eſt diſcipl. milit. th.* 214. Kirchn. *d. lib.* 1. *de Leg.* 7. *n* 64 Hic, cum jure Legatorum fruatur, [illegible] non debet. Schonb. 6. *Pol.* 10 *per l. Sanctum.* 8. §. *Sanctum. de*

D *Diviſ.*

Diviſ. rer. Fulv. Pacian. *de Prob. c. 37. n. 33. lib. 2.* Franc. de Vayer *de Legat. c. 4*; ſed ſanctus habendus, *d. l. Sanctum. l. f. de Legat*: cui omnis potius provinciæ aperienda. *l. Mercatores 4. C. de Commerc. & mercat*: id quod [illegible] belli conventionibus ineſt. Kirchn. *d. loc. c. 1. lib. 2. n. 52.* Alias contra violatorem legitimè bellum decernitur. *Pol. lib. 1. & 2.* ſic inſurrexerunt, Herodes contra Arabes. Hegeſipp *lib. 1. c. 12.* Tigurini contra Gallos, Kirchn. *d. loc. n. 54.* Guicciard. *lib. 10*: Romani contra Fidenates. Liv. *lib. 4*: David contra Ammonitas. *2. Sam.* 10. Peccavit in hac Baſilides, barbarus ille Moſchoviæ tyrannus, monſtrum hominis, qui Legatos, partim [illegible] trabali per tempora diſſectos ſuſtulit, partim fruſtatim diſſectos ſaleque, inſtar halecum, conſperſos & impactos, domum remiſit, ut remiſſivè refert Kirchn. *ib. n. 54.* Peccavit itidem Papa Clemens, welcher Franciſſen Dandalen / einen botſchaffter der Venediger mit ketten gebundeten/ſo Er aſſe/ unter dem tiſche hette liegen / gleicher weiſſe als die Hunde / ut hoc Imp. Maximilian. in reſponſione ad diffidariam legationem, der Venediger / der Viſcher / ut eos [illegible] nominabat, allegat, refert Goldaſt. *d. lo. p. mihi 71.* (h) Illi qui olim ex arce præmonſtratis. Dn. Cluten. *Parad. d. lo.* haſtâ ferrata aut ſanguineâ præuſta in fines hoſtium emiſſa. Liv. *lib. 1.* Gell. *16. cap. 4.* Alex. ab Alex. *5. Genial. dier. 3.* Bocer. *1. de Iur. Bell. 3.* Indi, in [illegible] terrâ palis, ſive ſudibus, iiſq; ſuperius adfixo difflante lino, inſtans belli periculum hoſtibus indigetabant, ſi fides habenda authori der Indianiſchen Schiffahrten. Hodiè diffidans animum hoſtilem [illegible] fixis ſcopis, titionibus, carbonibus, vel ſimilibus diffidariis ſignis literisve, declarat. A. B. *t. 17.* ibi: *damna quæcunq; per incendia, &c.* P. H. O. *ar. 128.* Theſin hâc claudit hæc Q. Licitúmne hoſti, vel ante, vel poſt nunciatam diffidationem, veneno aquas, puteos, paſcua [illegible] inficere. Neg. Ne ſic plus ſit in executione, quam in præ: vel indictione. Plus enim eſt hominem veneno extinguere, quam gladio occidere, *l. 1. C. de Malef. & Mathem.* contra venena enim nil valet: quo etiam prohibitum nocentes interficere. *l. Aut damnum 8. § 1. de Pœnis.* Et multò minus hoſtes. Unde privatæ perſonæ in hoc delinquentes gravius puniuntur, mas rotæ contuſione, fœmina aquæ ſuffocatione P. H. O. *c. 130.* ubi Remus. A quo delicto etiam ipſa bruta abhorrent, ſolis naturæ armis contenta. *Genuit*, ait Plinius,

[illegible]

vera venena, ſed quis invenit illa, præter hominem? Cavere atq; fugere a-libus ferisq;, ſatis eſt. Atq; cum in arbores exacuant limentq; cornua Elephanti & duro ſaxo rhinocerotes, & utroq; apri dentium ſicas ſciant-que ad nocendum ſe præparare animalia. Quod tamen eorum tela ſua, ex-cepto homine, venenis tingit? Nos & ſagittas ungimus, & ferro ipſi no-centius aliquid damus. Nos & flumina inficimus, & rerum naturæ elemen-ta. Ipſum quoq;, quo vivitur, aërem, in perniciem vertimus, &c. vid. Piccar. *Obſ. hiſtor. polit. Dec.* 1. *c.* 10.

IX.

Finis concernit vel Diffidantem, vel Diffidatũ. Quà diffidantem, eſt injuriæ illatæ vindicatio (a), aut rei ablatæ reciperatio (b); tentató tamen prius omni Pacis remedio (c). Quà diffidatum, eventualis ad defenſionem fienda præparatio (d).

(a) Quæ juſta & legitima offenſivi belli cauſa, Jure Divino: Num. 31. in pr. Sic, ob publicum ſtuprum à Gibeonitis concubinæ Levitæ illatum, & ſcelus in Iſraël commiſſum, reliquæ tribus Iſraël bellum moverunt contra Gibea Beniamin, totam penè tribum Beniamin deleverunt. Judic. *c.* 19. *&* 20: Jure Canonic. *can. Iuſtum. can. Dominus noſter. v. Sed etiam hoc genus.* 23. *q.* 2. *can. Scire vos oportet. & can. Diſpar.* 2. *q.* 8. Civili. *l. Quod eſt.* 3. *§. Eum igitur.* 9. *de Vi & vi arm.* Lipſ. *Pol.* 4. P. Gregor. 11 *de Rep.* 1. Frid. Schenck *t.* 28. *hîc ſin. lex* 2. *Feudd.* Vincent Filliuc *d. n.* 18. Sic Alexand. M. juſtam prætexit belli cauſam contra Perſas, quod graviſſimas ab illis illatas injurias ulciſci vellet, ita concludens: Repello igitur bellũ, non infero, Curt. *lib.* 4. (b) *d. c. Dominus noſter d. v,* ibi: *vel reddere, quod per injuriam ablatũ eſt.* Covarr. *in Relect. c. Peccatum. de R. I. in* 6. *part.* 2. *§.* 9. *n.* 4. 2. Reg. 2. 2. Reg. 13. *v. f.* Bal. *l. Chriſtianis* 6. *n.* 2 *&* 3. *C. de Pagan.* Boër. *Deciſ.* 178. *n.* 7. ubi ſcribunt, Imperatorē noſtrum Saracenis, Turcis, bona conſcientia indicere bellum poſſe, pro terræ ſanctæ recuperatione. Conſentiunt R. J. Wormat. an. 1521. §. Vnd als wir / in vn-ſer Kayſerlich gemüht geſetzt / ibi: auch das jenige / ſo dem Reich entzogen / vnd lang zeit in Frembden Händen geweſen / widerumb zuzubern / vnd zum Reich zubringen. (c) Negotium enim diffidationis prius tentandum verbo, quam

ferro:

ferrò; linguâ quàm pugnâ; argumentis quàm armamentis. *fac. ſup. poſ. 3. lit. b.* Nam ut Sil. Ital. *lib.* 11.

> .... *Pax optima rerum*
> *Quas homini noviſſe datum; Pax una triumphis*
> *Innumeris potior: Pax cuſtodire ſalutem &c.*

Res ergò præliorum benè diſponitur, ubi in Pace tractatur. Caſſio. 1. *Epiſt.* 17. eam ſapientiâ firmare, glorioſius, quàm per acies conficere, Tacit. *Ann.* 2. Cum enim temeritas privata ſit noxia, magis ille Principi belli erit? Sæpiculè enim error minimus ſine grandi jactura non corrigendus. Jac. à Bruck. *d. tr. Ars & Mars n.* 186. Intellexit Theodoſ. qui, etiamſi victor Perſarum; ad eos tamen legatos, Pacis conſtituendæ causâ, miſit. Melancht. 3. *Chronic in vitâ ejus.* Hinc, ut juſtum bellum reputatur, ſi nulla, quàm in armis ſpes relicta, Liv. *lib.* 9: ita iniuſtum, ſi controverſia, per arbitros poteſt dirimi & ſopiri. Beſold. 2. *Pol.* 7. *th.* 22. Ex quo Franciæ & Angliæ Reges, olim inter ſe diſſidio, Carol. IV. judicem elegerunt. A Gentil. 1. *de Bel.* 3. (d) Ut ſe poſſit munire, & in omnem caſum, ſive Pacis, ſive Belli, accinctus ſtare. Bl. *Auth. Item nulla. C. de Epiſc & Cler.* Jacob. de S. Georg. in *verbb. De caſtro rubei montis. fol.* 86. *n.* 11. Braudl. J.P. *lib.* 8. *c.* 8 *th.* 8. 11. *fac. ſupr. Poſ.* 3. *lit. d.* Defenſionis enim punctus, non ad præſentem ſolum, ſed etiam ingruentem vim pertinet. R. J. Auguſt. an. 530. §. Damit aber dennoch dazwiſchen & ſeq. Ratisbon 541. §. Vnd damit ſölcher beſchwerlicher / verderblicher / vnverſehenlicher einfall &c: Norib. 542. §. vnd wo zu vnderhaltung dieſes &c. Tutius enim & melius eſt, gliſcentes belli favillas, ſub cineribus adhuc latentes, extinguere, quam cauſæ vulneratæ remedium quærere. *l. Sancimus.* 5. *C. in Quib. cauſ. reſt. in integr. non nec. l.* 1. *C. Quand. liceat unic. fine jud.* Tela enim prævisa minus nocent, & defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur. *l. Si quis percuſſorem.* 3. *C. ad L. Cornel. de Sic. l. Sed etſi.* 5. *ad L. Aquil.* Conſiſtit verò illa præparatio in provido copiarum & expenſarum adparatu. Lipſ. 5. *Pol.* 6. Flav. Veget. *de Re milit. lib.* 6. *c.* 3. Fruſtra enim bellum cogitat, quem ejus gerendi nervus deficit; de quibus diffuſius Arum. *vol.* 1. *l. P. diſc.* 23 *th.* 2 *lit. c. & th. ſeq.* Non enim hodiè miles militat gratis adverbialiter, ſed in Dativo caſu, ut ait War. ab Erenb. 1. *de Fœd* 2. *n.* 133. *p.* 221. Hinc Principes in bello aureo hamo piſcari dicuntur. Beſold. *d. lo. c.* 8. *n.* 37.

Effectus

Effectus vel Antecedens, vel Conſequens. Antecedens, in caſum non adceptæ conditionis pacificæ, eſt indictæ diffidationis executio (a). Conſequens, alterutrius ſuccumbentia (b); vel victoria (c).

(a) Ut quod prius erat voluntatis, jàm fiat neceſſitatis. Pacem enim debet habere voluntas, bellum neceſſitas, ut liberet Deus à neceſſitate, & conſervet in Pace, Leand. Galgan. *d. loc.* ex August. Ob ocium enim negocium habendum, ob Pacem bellum gerendum. Beſold *tr. de Pac. c. 2.* Bellando enim efficimus, ne ſemper bellemus. Dio *lib.* 38. Nec id cum injuriâ diffidati, qui ſuâ culpâ hoc damnum ſentit. *c. Damnum de R. I. in 6.* cur enim hanc viam elegit? Executio diffidatoris jàm amplius non habet injuriam *l. Injuriarum.* 13. §. 1. *de Injur.* Suo enim jure utitur *l. Fluminum.* 24. §. *f. de Dam. infect. l. Nullus videtur.* 55. *l. Nihil dolo.* 129. *de R. I. c.* [illegible] *X. de Elect.* Dn. Pruckman *in §. Venatio. c.* 4. *n.* 60. *in f.* Nam ſi non verbis, nec herbis locus; lapidibus utendum, ut, ubi non ſufficit Virtutis ingenium, valeat armorum præſidium. Matth. [illegible] *de Jurisd.* 34. *n.* 21. ex Bl. *in c. Olim. n.* 2. *X. de Reſcr.* refert: [illegible] *Prætor.* 10. §. *Si debitorem.* 16. *de His quæ in fraud. cred. l. Si* [illegible] *de Jud.* & quod Pacis alias ſopiiſſet lenitas, hoc belli introducat calamitas, *l. un. pr. C. de Cad. toll.* Quo caſu diffidans armis ſe accingat, & ſignô datô, manus cum hoſte conſerat. Heig. *p.* 1. *q.* 12. *n.* 43. (b) Quæ prudentèr & fortitèr ferenda. P. Greg. 11. *de Rep.* 12. *n.* 12. Ethnici eſt, ob cladem ſe ultrò perdere, Jud. *c.* 20. Sors & ſucceſſus belli, modò victum erigit, modò victorem affligit. Jov. *de Bell. Neapol.* Nota Africani vox: Romanos nec victos animum, nec victores modeſtiam amittere. Liv. *lib.* 10. Plutarch. *in Scip. Afric.* Franciſcus Galliæ Rex, etſi captivus, ſemper mores & ſpiritus regios retinuit. Albertus VI. cognomento [illegible], Marchio Brandeburgenſis, Aſclepiades Germanicus adpellatus, ut narrat Sleidan. inter utramque fortunam immotus & inflexus ſtetit, Bruck. *d. loc. n.* 179. Pectus ergò victus obfirmabit, more anguium, qui obtritô capite poſtremùm caudâ minantur, Lipſ. *Pol.* 18. *ſeſ f* (c) Quâ cautè, lenitèr, modeſtè utendum

Lipſ. *d. loc.* König *Theat. polit. p. 5. c. 17. n 31. & ſeqq.* addo & pie. Divinæ enim, non noſtræ virtuti ea nuncupanda. Non Abrahamo, quod 318. ſervis, potentiſſimos Reges ſibi ſubjecerit. Gen. 14, 14: non Davidi, quod Goliathum: non Amaſiæ, quod 10000. Idumæos, vid. Boec. *de Iur. Bell. 16.* Gratiæ ergò heic DEO perſolvendæ, Pſalm. 144. Jud. 5. exemplo Deboræ & Barak. 1. *Sam.* 18, 6, 7: Judithæ. *Iud. c. 16.* Chori fœminei, 2. *Maccab.* 8, 27. Res autem victæ victori, jure Martis, abſolutè cedunt. *l. Naturalem.* 5. *ff. l. Transfugam. 51. de A. R. D. l. 1. §. Dominium. 1 de Acq. poſſ. d. l. Hoſtes. 24. de Capt. & poſtl. §. Item ea.* 17. *Inſt. de R. D:* & ad poſteros tranſeunt Dion Halicar. 3. *Antiq. Rom.* & nunquam repeti poſſunt. Beſold. 2. *Pol.* 8. *th.* 44. Hoc jure Jacob Joſepho dat terram Amorrhæo armis ablatam. Gen. 48. A Gent. 3 *de Iur. Bell* 4. De his plenius Hugo Grotius. *tr.* elaboratis. *de Iur. Bel. & Pac lib.* 3. c. 6, 7, 8, & paſsim. Quomodo verò, non ſolùm corpora, ſed etiam animi vincendi, docet Beſold. *d. loc.*

XI.

Cognata ſunt Aſſaſſinium (a): Scopeliſmus (b): Concuſſio (c): Repreſſaliæ (d): Ἀνδροληψία (e): Clarigatio (f): Obſtagium (g).

(a) Ab Aſſaſſinis, Aſiæ incolis, vel populis Parthicis, ita dictum: primum à Mahometiſtis receptum, tandem etiam à Chriſtianis, maximè hodie ab Italis, teſte P. Theod. *d. Coll. Crim. diſp. 7. th.* 4 ubi plura. (b) Græcè σκοπελισμὸς, lapidum poſitio. Erat autem delictum apud Arabes frequentatum, quo ſibi inimicitias denunciabant, timorem incutiebant & mortem minitabantur, ut conſtat ex *l. Sunt quædam. 9. de Extraord. crim.* Quæ lapidum poſitio, cùm ſit inſtar ſignorum hoſtilium, ex eo licet talem colligere Regulam: Quæ res mortem minatur, eam graviter uſque ad pœnam mortis extendere licet. Ut proinde ex hoc, bonâ ratione, cum diffidatione comparari poſſit. De hoc Scopeliſmi crimine, quantum mihi conſtat, altum apud Dd. eſt ſilentium, exceptis paucis, quæ Cælius Rodigin *Lect. antiq. lib* 18. *c.* 35. Petr. Crinit. *lib.* 8 *de Honeſt. diſcipl. c.* 10. & And. Alciat. *lib. 2. Prætermiſſ. ad l.*

Saccularii

[illegible] de Extraord. Crim. attingunt. (c) Quam Georg. Rem. in ſuâ Nemeſi Karulinâ. c. 129. lit. a. diffidationem adpellat, tx. [illegible] Ut enim in concuſſione terror & metus alicui injicitur, [illegible], vel alterius rei extorquendæ. l. 1. de Concuſ. ubi Duar. Cujac. Gothofr. l. Quod evitandi. 3. C. de Cond. ob turp. cauſ. Amed. [illegible] de Caſell. in tr. de Synd. n. 165. Ægid. Boſſ. in Pract. Crim. t. de [illegible] corrupt. pecun. &c: n. 7: ita etiam in Diffidatione, ſub conditione, Dandi Faciendive. per ſupra dd. poſ. 3. l. K. (d) A Numa Pompilio, II. Romanorum Rege, ut jus Feciale, inſtitutæ, Gail. de pign. c. 2. n. 16. Sicut autem in diffidâ denunciatio fit ante executionem: ita etiam in Repreſſaliis. Sunt enim Repreſſaliæ ad inſtar belli. Dn. Pruckman. vol. 1. Conſ. 17. n. 106. remiſſivè. Ut ergo diffidatio, &, quod ſubſequitur bellum, non ab aliô, niſi â Principe, & cui is conceſſit, per ſupra dd. poſ. 4, 5, 6: ita Repreſſaliæ non ab aliô, niſi Principe conceduntur, Mind. de Proceſ. c. 49. [illegible] Papiens. in Prax. tit. 2. gl. 9. n. 2[illegible]. Jacob. à Camb. de Repreſ. [illegible] 19. Balth. Aiala. de Iur. & Off. bell. lib. 1. c. 4. n. 1[illegible]. Otto Meland. p. 2. Proc. Cam. n. 229. & ſeq. Petr. Weſ. Conſ. 1[illegible] n. 15. [illegible] Conſ. 345. n. 52. v. 4. & n. ſeq. lib. 4. Unde eſt, ut novis Imperii Conſtitutionibus de an. 570. ſint prohibitæ, ibi: Wann auch die Arreſta, wie die Repreſſalien, generalitèr im Rechten [illegible] Joach. Koppen. Deciſ. 41. n. 1. & 2. (e) Vid. [illegible] de Furt §. 1[illegible] n. 43. Gail. d. loc ſub. f. (f) Gail. d. [illegible] Pol. 7. th. 25. (g) Das Inlager/die Leiſtung: quæ, quatenus ſpeciem executionis & figuram Repreſſaliarum, adeoq; etiam diffidationis habeat, notat Arum. vol. 2. I. P. Diſcurſ. 8. th. [illegible] de Obſtagiis ſcire qui volet, adeat Gail. 2. Obſ. 45. [illegible] 2. n. 5. & 6. Modeſt. Piſtor. p. 2. Conſ. 1. n. 9. & ſeqq. Henn. Goden. Conſil. 103. n. 82. & ſeqq. Coler. de Proc. exec. p. 1. c. [illegible] Zanger. de Exc. p. 2. c. 1. n. 74. Hering. de Fideius. [illegible] propter abuſum & evitandum ſcandalum, [illegible] Imperii lege abrogatum in der Policey Ordnung de [illegible] 6. Wie wol auch. Gail. 2. Obſ. 45. n. 6. & 2. de [illegible] de Arreſt. Imper. cap. 9. num. 15. Hering. d. loc. num. 70.

Pugnanti-

Pugnantia ſunt vel Pacifica, vel Hoſtilia. Pacifica, ut: Induciæ (a): voluntaria injuriæ illatæ revocatio (b): ſpontanea rei ablatæ reſtitutio (c): Pacis oblatæ acceptio (d) confirmatio (e). Hoſtilia, ut: contraria, indictæ vis, vi repellendæ, declaratio (f).

(a) Dicuntur barbaris Treuga. vid. *t. Decret. de Treuga & pace.* Gallis Trefve, Germanis Traw/ junge Gail. *1. de P. P. 4. n. 44.* Sunt autem induciæ, cum in breve præſensque tempus conveniat, ne hoſtes invicem ſeſe laceſſant, verba *l. Poſtliminiũ 19. § 1 de Capt. & poſtl.* Stantibus enim treugis, nil hoſtile licet attentare de facto, docet Bellaius *in Oration. ad German. ſtat.* quæ eſt *hiſtor. lib. 9. an. Chriſti 1541. fol. mihi. 937.* Exemplo ſunt Rex Hiſpaniæ & Status Belgici, de quibus plura Meteran. in ſuâ Hiſtor. Von Niederländiſchen Kriege. Unde Quæſt: Factâ diffidatione, ſi treugæ ad certum tempus productæ, poſsitne eo elapso, diffidamentũ ad effectum deduci? Quod adſeruerim, *per l. Deſertorẽ. 3. § Si ad diem. 7. de Re milit.* Num verò induciis aliquis contraveniet, qui, iis durantibus, globum ê ſclopeto exonerat? vid. Petr. Caballin. *Reſ. crim. 15.* ad quod ad hoc ab Arum. *vol. 1. I. P. Diſcurs. 23.* Quid juris, ſi aliquis inducias violat, an offendi poteſt, earum fatali nundum elapso? Aff. cum Gail. 1. *de P. P. 4. n. 46.* cùm, quod ſtricta obſervantia inter contractus poſſit offenſo defenſionis opportunitatem facile auferre: tùm, quia in contractibus correſpectivis vel διπλευρον æqualitas obſervanda, *c. Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, qui fidem â ſe præſtitam ſervare recuſat, de R. I. in 6. l. Cum proponas 2. C. de Pact. l. Quæro. 54 § inter locatorem. 2. D. Locat. l. Si inſtituta 27. pr. de Inoff. teſtam. l. Si diverſa 14. l. Sive. 28 C. de Transact.* Cinlex *de Privil. Pac. n. 35 & ſeq.* Mantica. *tr. de Tac. & ambig convent. lib. 27. tit. 2.* maximè durante fractione Weſenb. *part. 3. Conſ. 103. n. 61.* Hinc in juramento Fidelitatis ſubintelligitur: *Modò Dominus feudi Vaſallo id ſervet, ad quod ipſi iterum, ratione feudi adſtrictus.* Schurff. *Conſ. 13. n. 20. lib. 3.* Dn. And. Kebl. *de Serv. feud. part. 2.* Cap. *ſerviendum n. 97.* Durante termino pacifico tali, licebitne bellum præparare & occaſiones captare? Aff. Bellaius *d. loc.* Nam etiam miniſtros alterius pecunia corrumpere? Aff. Girald. *lib. 17. ſub*

ſuban.

Iohan. 1. *in pr. fol. mihi.* 216. ubi hoc jus Angli contra Gallos obverterunt. (b) Quæ aliàs dicitur recantatio, Palinodia, uſitatiùs in publicis transactionibus Amniſtia. Hac occaſione Q: An Princeps belli, damna ab hoſtibus ſubditis illata, remittere poſſit? Aff. Si illa remiſſio fiat Pacis causâ, quæ alitèr haberi nequeat. *per tx. ius. In noſtra. 8. de Iniur. ubi Cc. tx. in l. In Conventionum in f. de Pact.* Publica privatis anteferenda bonis: Beſold. 2 *Pol.* 7. Utilitèr enim ſic Princeps commodum privatorum geſſiſſe creditur, & in foro conſcientiæ ideò excuſatur, per all. à Gail. 2. *Obſ.* 57. *n.* 2. adeò, ut, hoc caſu, ſubditis nec Civilis, nec Criminalis actio ampliùs detur. König. *d. Theat. pol part.* 3. *c.* 19. *n.* 61. Plura habet Gail. 2. *de P. P.* 19. *n.* 25. Matth. de Affl. *Deciſ. Neapol.* 361. *n.* 3. Bocer. *de Bell. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 6. Clapmar. 4. *de Arcan. Rerump.* 6. War. ab Erenb. 2. *Fœd.* 1. *n.* 19. *& ſeqq.* (c) Via juris intentatâ aliàs, ſpoliatus ante omnia reſtituendus. Dn. Pruckman. *Vol.* 1. *Conſ.* 36. *n.* 1. cui, deducta ſatis violentia, omnes fructus & acceſſiones. Id. *Conſ.* 16. *n.* 12. *& ſeqq* tàm percepti, quàm percipiendi, refundendi. Cum peccatum non dimittatur, niſi ablatum reſtituatur. Unde firmitèr colligo, Papam ut malæ fidei poſſeſſorem omninò teneri reſtituere Aquilæ Romano omnes, & ſingulas clâm & palàm extractas Italiæ, &c: quibus tantoperè ſuperbit, plumas. Cujus ratione Imperatori noſtro adhuc in eum non alitèr, quam domino in Barbariũ Philippum. *l. Barbarius Philippus* 3. *de Off. Prat.* perpetua manus injectio eſt, ajente Dietero *de Sum. Sum. Imp. Poteſt. concl.* 206. Auſus eſt ejuſmodi prædam vindicare Maximil. I. teſte War. ab Erenb. *de Reg. ſubſid. c.* 1. *n.* 22. auſus & Carolus, niſi religionis freno retractus eſſet. Parthen *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 9. Cui Electores reſponderunt. R. A. 1521. §. Vnd alß wir in vnſer Kayſerliche gemüth geſetzt/ vnd fürgenommen haben/ mit hülff deß Allmächtigen/ Gott zu forderſt zu Lob/ dem H. Reich zu Ehr vnd Wolfahrt/ vnſer Kayſerlichen Kron/ wie ſich gebürt/ zuholen/ vnd zuerlangen/ auch das jenige/ ſo dem Reich entzogen/ vnd lang zeit in frembden händen geweſen/ widerumb zuerobern/ vnd zum Reich zu bringen *&c.* (d) Ut autem diffidans pacem prius offerre tenetur, *ſupra Poſ.* 9. *lit. c:* ita diffidatus eam non facile reſpuat: quia Decorum; quia Utile; quia Tutum. illud, ut ſciri poſſit, eum juſtè bella & ſuſcipere & finire.

finire. Liv. *lib.* 30. iſtud, quia fortuna belli artem victos etiam docet. Curt. *lib.* 3: hoc, quia melior certa pax, quàm incerta victoria; illa enim in manu hominum, hæc Deorum, Liv. *d. loc.* Quid ergò, ſi diffidatus, bello denunciatò, bonas Pacis conditiones, cum ſatisdatione obferat, an diffidans à bello tenetur deſiſtere? Aff. Cum correlatorum eadem ſit ratio. *l. f. C. de Indict. viduit.* & bellum, ob pacem indicetur & geratur; quâ oblatâ & datâ, ceſſandum, niſi hoſtis talis, qui planè extirpandus, ut Amorrhæi, Deut. 20. Leand. Galgan. *d. loc. lib. 4. t. 16.* Malè ergò Bodin. *6. de Rep.* Venetos beſtiis imbellibus, Cervis, columbis, & leporibus comparat quod omnes bellorum cauſas ſtudioſiſſimè declinent, illata difficillimè ſuſcipiant, ſuſcepta pace finire conentur, in hoc meritò à Kirchn. *diſp. f. th. 2.* nigro lapillo notatus. An autem, & quatenus Duces belli, pro arbitrio, treugas cum hoſte poſſint inire, notant Dec. *Conſ.* 695. Decian. *vol. 3. Conſ. 96.* Vincent. Cabot. 2 *lib. diſp. c.* 15. ubi. *c.* 14. docet quando Principes vel populi fœderibus adſtringantur, commutatò Reip. Statu. (e) Huc ſpectat jus Fœderum pangendorum, quod æquè, ut jus belli inter Majeſtatis jura refertur, Arniſ. *de Iur. Maj. maior. c. 5. per all. plur.* Olìm ſoli populo competebat. Liv. *Dec. 1. lib.* Polyb. *lib. 3. p.* 189: hodiè non, translato omni jure in Principẽ, *per ſupra dd. Poſ. 5. lit. a.* Huc etiã pertinet, Pax Publica Der Landfried introducta à Maxim. I. Wormat. 1495: Auguſt. 1500: confirmata à Carol. V. an. 521: Norib. an. 521: Auguſt. 548: 551: à Ferdinan: Auguſt. 559: Spiræ 570: Ratib. 576. Ut ergò privatis non licet bellare. *per ſup. dd. Poſ. 3. lit. b:* ita ſine ſcientiâ & licentiâ Imper. vel ſuperioris confœderationibus, conventiculis & congregationibus ipſis eſt interdictum. *l. 1. & 2. de Coll. & corpor. l. Conventicula.* 15 *C. de Epiſc. & Cler. l. Denunciamus. 5. C. de His qui ad Eccleſ. conf. c. un. §. Conventicula. 2. Feud.* 53. Conſt. Frid. *de Pac. ten.* Ejuſmodi enim actus, cum ſint ex genere prohibitorum, regularitèr malo fine fieri præſumuntur. Landfried/ de an. 1548. *in pr.* ibi: Das von zeit dieſer verkündigung niemands/ wes würden/ ſtands/ oder weſens der ſey/ umb keinerley Urſachen willen/ wie die Namen haben möchten/ auch in was geſuchtem ſchein das geſchehe/ den andern bevähdẽ/ bekriegen/ berauben/ fahen/ uberziehen/ belägern/ noch einige verbottene conſpiration, oder Bündtnuß wieder den andern

auffrich-

auffrichten/ oder machen &c: R. A. an. 1555. §. Setzen demnach/ ordnen vnd wollen &c: niſi, de alio fine adpareat, ut de defenſione corporis & bonorum, Br. *in Extravagant. ad reprimend. verb. occultè. n. 1.* adductus à Mynſ. *6 Obſ. 2. n. 45. & ſeq. ubi n. 70.* præjudicium Camer. de an. 1553. ſubjicit. Exemplo ſit fœdus, quod Suevici circuli ordines pro pace, contra ſeditioſos ruſticos invicem inierunt. R. A. an. 529. §. Vnd alß im Abſchiedt: Item, der Ritterſchafft Brüderliche vereinigung/ Geſellſchafft vnd verſtändnüß zu Landaw auffgerichtet/ an. 1522, quam habet Goldaſt. in den Reichshandlungen/ p. 108. Obſervandū autem eſt, majorem ſagacitatem & prudentiam requiri in Pace firmandâ, quam bello gerendo, Piccart. *Dec. 2. c. 10.* Sic Angli, ſe ſempèr Gallos armis ſuperaſſe, in pacificationibus verò nunquam non circumventos fuiſſe conqueruntur, Cominæ. *lib. 3. c. 8 & lib. 4. c.* 10. (f) Cauſa impulſiva belli eſt Neceſſitas; jàm poſita neceſſitate & offenſione, neceſſariò ponenda defenſio, *l. Ut vim. 3. de I. & I. l. Si quis. 3. C. ad l. Iul. de Sic.* cujus tantus favor, ut non deneganda Clerico miſſificanti. Carer. *pr. Crim. t. de Homic. §. 5. excuſat defenſio. 3. p. 332.* Horat. Carpan. *no. conſt. Mediol. c. Homicida. n. 346:* nec Sacerdoti infantem agonizantem baptizaturo, *tx. in Cl. un. de Homic. & Auth. Itaq. C. Com. de ſucc:* nec diabolo. Hipp. de Marſil. *ad l. 1. pr. de Sicar.* Cæpol. *Conſ. Crim. 44. n. 4. Conſ. 66. n. 3.* Farinac. *de Hom. q. Crim.* 125. *n.* 5. Gail. *2. Obſ.* 110. *num.* 11. nec ei, qui juſto bello, quod promeruit, provocatur; ut heîc regula non valeat; ubi offenſio permiſſa, ibi defenſio prohibita. Hoſtis enim æquus judex non eſt. Alb. Gent. *1. de Iur. bell. 13.* Atque hæc dixiſſe ſufficiat de generibus Cauſarum Diffidationis: Sequitur jàm injuſtæ Diffidationis JUDICIUM ſive Proceſſus, & POENA.

XIII.

IVDICARE ſuper injuſtæ diffidationis Crimine, in Imp. Rom. poſſunt Iudices, vel Majores, vel Minores. Majores, velut: Cæſar (a): Rex Romanus (b): Camera imperialis (c): P.P. Electores, ut: Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ, tempore Vicariatus (d). Minores, ut reliqui (e).

 (a) Sub

(a) Sub Impp. Tiberio & Nerone, imminutâ Senatus ac Populi poteſtate. *l. un. pr. de L. Iul. Ambit.* Thom. Michaël: *d. diſſ. de Iurud. concl. 112.* univerſi & ſinguli ad ſupremum Principis tribunal, in primâ inſtantiâ, trahi poterant. Romæ enim erat commune forum, ad quod quilibet, vel ratione contractus, vel delicti evocabatur. *l. Nec non. 28. §. Si cum in provincia. 4. Ex quib. cauſis maior.* Br. & Goth. *in l. Roma. 3. ad Municip.* A quâ regiminis formâ, etſi, factâ diviſione Orientis ab Occidente, Romani imperii facies degeneravit, Caroli M. & ſeqq. ætate, paulò pòſt Jurisdictione cum Statibus, certâ lege, per modum inveſtituræ communicatâ, Knich. *de Sublim. territ. jur. c. 1. n. 181. & p. tot:* attamen Cæſar noſter non ita fontes ſuos foràs derivavit, ut penes ſe nil remanſerit Majeſtatis, Knich. *d. lo. n. 318.* Hoc enim reſpectu, eſt inſtar maris, quod nunquá augetur, nunquam minuitur. Paurm. 1. *de Iurud. c. 4. n. 23.* Unde eſt ut in ipſos Status, atque alios immediatos imperii delinquentes, in propriis eorum territoriis, Criminali gaudeat Jurisdictione Rutger Ruland. *de Comm. 1. lib. 2. c. 3. n. 6.* Mind. 1. *de Proc. c. 9. n. 4.* & mediatos, abſque omni ſubſidio juris, vel ratione teſtimonii, vel litis, cum mandato evocare. Hart. Hartm. 2. *tom. 1. Obſ. 6. n. 14:* Wurmſ. *1. tit. 6. Obſ. 9:* monitoria & bannimenta in territoriis Statuum, citra requiſitionem affigere & publicare poſſit, Ruland. *d. loc. c. 3. n. 6.* Paurm. *d. loc. c. 27. n. 36.* Quæ ſublimia Regalia faciunt, ut Imperator etiam in diffidatores, tanquam P. P. violatores, ſive mediatos, ſive immediatos, banni pœnâ animadvertere poſſit. R. A. an. 1495. t. Die Peen der Friedbrecher/ KammerGericht. Ord. *p. 2. t. 9.* §. 7. Gail. 1. *de P. P. 11. n. 1. & ſeqq.* (b) Hic enim abſente, vel impeditô Imperatore, omnia Imperat. jura exercere poteſt. *Ord. Cam. p. 1. t. 1.* §: Nämlich wollen die Römiſche Kayſerliche Mayeſtädt &c ibi: Wir/ alß Römiſcher König jederzeit den Kammerrichter: vigore cujus etiam Comitia R. Normb. an. 1542. pr. v: So hat demnach &c: ſub pœnâ banni. d. Receſ. Spiræ an. 42. §. Unnd damit ſölches alles / indicit, vid. Gail. 1. *de P. P. 6. n. 9.* (c) Ordinariam juriſdictionem habens. Thom. Mich. *d. loc. Concl. 33.* non ſolùm ab ipſo Imperatore, ſed etiam à Statibus imperii. *tx. p. 1. Ord. t. 8. p. 2. t. 35.* Ord. Cam. ann. 1495. Bender. *de Reviſ. concl. 1. n. 3.*

puorum

quorum vice de cauſis litigantium cognoſcit, & Regale Prætorium & judicium adpellatur. Ord. de an. 1495. in pr. ibi: Unſer/ und deß H. Reichs Cammergericht. (d) Quibus datur poteſtas judicia exercendi, *fac. ſup. dd. Poſ.* 5. *lit. b.* idque indefinitè, per verba pr. A. R. c. 5 ibi, *judicia exercendi &c*: indefinita autem propoſitio æquipollet univerſali, per all. à Chriſtian. Krembergk. *Reſol. quæſt.* 4. *n.* 2. *de Neceſſ. defenſ.* & Buxtorf. *Concl.* 62. *lit. a.* ubi docet, quod ferè in omnia jura defuncti Imperatoris ſuccedant, & *Concl.* 60. teſtatur, quod an. 1613. 6 Maij, ſub eorum nomine & communi ſigillô, proceſſus in Camera expediri cæperint. Et hactenus de Judicibus Pœnam banni imponere valentibus. Unde eſt, ut, quod, interregni tempore, Palatinus atque Saxo publicè egerint, Imperator ratum habere debeat, ut ait Sleid. *lib.* 1. (e) Etſi enim Imperatoris Majeſtas longè ſuperior & maior, adeò etiam, ut eius coquus & barbitonſor ſublimior, quàm alterius inferioris, ut volunt Dd. & Roman. *in ſingul.* 611. *nunquid eſſe coquum.* Boer. *in Deciſ.* 222. *ſub n.* 10. *v. ac etiam coquus.* Tiraq. tr. de Nobil. *c.* 30. *n.* 10. *v. ſed & coquus*: cum tamen jurisdictiones non confundendæ *c. Pervenit.* 11. *q.* 1. Coler. *de Proceſſ.* p. 2 *cap.* 1. *num.* 134: nec dominus ſuperior intromittere ſeſe debeat in jurisdictionem inferioris, niſi ex capite denegatæ Juſtitiæ. Weſenb. *p.* 1. *Conſ.* 30. *num.* 15, vel appellationis. Coler. *d. c.* 1. *num.* 144 inde dicendum, quod ſubditi mediati ſtatìm ad aulam vel Cameram imperialem confugere valeant. Ord. Imp. 1495. 1521. 55. & Ord. Cam. part. 2. t. 1. pr. & t. 5. Integrum tamen eſt actori, vel criminalitèr ad pœnam, vel civilitèr ad damni refuſionem agendi (quod poſterius minus habet dubietatis) coràm ordinario judice domicilii rei agere, vel ſtatim ad Cameram rectà tranſire, Conſt. Carol. in Ord. deß Landtfriedens de an. 1521. t. Ob jemandts deß Friedbrecher heimblicher zuſchubs verdacht were &c. §. Wo aber jemandes d. Ord. Cam. p. 2. t. 9, 10. Quam electionem non habet, ſi ad pœnam banni ſimplicitèr agit, ut ſup. d.

XIV.

ACCUSARE valet Perſona vel Principalis, vel minus-Principalis. Principalis: eaque vel Publica, vel

 Privata.

Privata. Publica, ut: Magiſtratus (a). Privata, ut: læſus (b). Minus-Principalis, veluti: Cognatus (c): Procurator (d): Summatim, quilibet de populo (e). non tamen Clericus (f).

(a) Qui ratione officii in eiuſmodi Pacifragos diffidatores procedere poteſt, Diſp. Deß Landtfriedens de an. 1521. t. Von deß Regiments macht. §. Doch mag vnd ſoll/ſcilicet, ut reprimatur multorum, ad quidvis audendum ſceleris, promta audacia, quorum meſſis è malis publicis eſt, qui non jure & judicio, ſed vi armatâ, nil penſi habentes, ſuum repoſcunt, ut ait Gail. 1. *de P. P. 1. num. 7. per all.* (b) Num & ejus heres? N. *per l. Si verò plures. 5. §. Hac autem actio. 5. de His qui effud. vel dejec.* ibi: *nam eſt pœnalis & popularis.* Etſi enim regularitèr heredibus actiones ex maleficio pœnales dentur. *§. Non autem, Inſt. de Perp. & temp. act.* tamen actio fractæ P. P. eſt excepta, ut & injuriarum, *d. §. l. Injuriarum. 13. in pr. de Injur. l. Si eum. 10. §. Qui injuriarum. D. Si quis caut. jud. ſiſt. l. Cum emancipati. 2. §. emancipatus. 4. de Collat.* Mynſ. 1. O*bſ.* 98. Quid, ſi accuſator moriatur, pendente adhuc judicio primæ inſtantiæ, nùm eandem heredes reaſſumere poſſunt: N. ſi criminalitèr ad pœnam banni actum, niſi velint de novo accuſationem inſtituere, quod quilibet de populo poteſt, *per tx. l. Si quis repetere 7. ad Turpil. l. Accuſatore. 13. de Publ. Jud.* Gail. *1. de P. P. 20. n. 28.* ſequitur Bocer. *de Diff. cap. 6. n. 29.* (c) Cum enim hæc actio ſit publica & popularis, *ut infr. lit. f.* ob duplex vinculum magis dabitur conjunctis, ſuam ſuorumque injuriam perſequentibus. *per all.* à Mynſ. 4. *Obſ.* 34. ubi an. 1549. pro nobilibus de Winterfelde contra Brunſvvigam civitatem, decretos proceſſus adſerit. (d) Qui de jure civili ad crimen judicii publici perſequendum fruſtrà intervenit, *l. Accuſare. 13. §. 1. de Publ. judic. l. Tunc convenit. 15. C. de Accuſ. l. f. pr. C. Ubi ſen. vel clariſſim.* ſcilicet ad merita cauſæ: non verò fruſtrà, ut defenſor, inſtructor vel informator veritatis. Quod quare, quomodo, quatenus procedat, prolixè oſtendit. Hill. *18. Com.* Don. 10. *lit. e per tot.* Quo jure & reſpectu, nec in noſtro injuſtæ diffidationis crimine, tanquam ſpecie ruptæ P. P. *l. Lex duodecim. 3. v. eadem lege, ad L. Jul. Mtis l. Neminem. 17. C. de Re milit. lib. 12.* poteſt intervenire: Cameræ tamen

men obſervantia eſt in contrarium, uti patet ex ejus Ord. *p.* 1. *t.* 25. teſte Gail. 1. *de P. P.* 10. *num.* 8. *&* 2. *de P. P.* 11. *num.* 10. (e) Ei tamen, cui per Edictum poſtulare non interdictum. *l. Popularis.* 4. *de Popul. act.* Leand. Galgan. *lib.* 4. *de Iur. publ. t.* 49. Eſt autem hoc crimen publici judicii. § 1. *Inſt. de Publ. jud. l Palam.* 43. §. *Senatus.* 1?. *de R N* ſummo omniū actionū criminaliū generi accenſendū. *d. l. Lex duodecim.* 3. *v. Eadem lege. ad L. Iul. Majeſt. l. Neminem.* 17. *C. de Re milit.* vitam, fortunam, jus civitatis, & bannitum ex genere hominum eripiens omniumq; telis exponens, Daß er (ut loquuntur) Vogelfrey wird. Cothm. *Vol.* 3 *Conſ.* 2. *num* 92: In dem deß verbrechers Leib vnd guth aller männiglichen erlaubt/ vnd niemand daran freveln oder verhandeln können oder mögen. CammerG. Ord. p. 2. t. ?. §. So jemandes. v. Sollen deß/ oder derſelben Leib vnd Gut &c: Gail. 1. *de P. P.* 9. *pr.* (f) *c. Nullus Clericus.* 11. *q.* 1. maximè pro hoc crimine, pro quo ingeritur pœna ſanguinis. *t. t. X. Ne Cler. vel Monach. ſec. neg. ſe immiſc. c. Sicut Sacerdotes.* 2. *q.* 7. *c. His à quibus.* 23. *quæſt.* 8. Nam, ſi hoc caſu accuſet, efficitur irregularis. *c.* 1. *c. Poſtulaſti* 21. *de Homicid.* & indignus omnium obventionum Eccleſiaſticarum. *c. Sacerdotibus.* 2. *v. Quod ſi poſtmodum, ubi gl. in verb. Eccleſia Ne Cler. vel monach. ſecul. neg.* Omnia enim relinquere debet & Chriſtum ſequi Matth. 19, 27. Unde in Galliâ, Pariſiis & vicinis civitatibus, jus civile Clerici non debent docere, vel audire. *c Super ſpecula.* 28. §. *Firmiter. de Privil.* Pontifex Pelagius ſiniſtrè accepit, quod fuerit requiſitus à quadam muliere, ut ei concederet clericum in ſuis negotiis defenſorem. 16. *q.* 1. *c. de Præſentium.* 20. *ubi gl. magna.* Ratio prohibitionis radicatur in turpitudine turpis lucri, quod advocati & procuratores, ut plurimùm, accipere ſolent, ait Leand. Galgan. *d. lo. q. ſ.* At hæc illo tempore, ubi clerici aurei erant & lignei utebantur calicibus: hodiè lignei ſunt & aureis utuntur calicibus *can. Vaſa de Conſecr.* 1. Dn. Frid Pruckman. *Vol.* 1 *Conſ.* 50. *num.* 579. *ſac. ſupr. Poſ. 5. lit. d.* A generali Clericorum prohibitione excipiuntur Principes Eccleſiaſtici, qui ſunt Status Imperii, deß H. Reichs Stände/ ratione Regalium & Feudorum, quæ ab Imp. agnoſcunt, per all. à Gail, 1. *de P. P. c.* 8. *per tot.*

ACCU-

ACCVSARI poteſt Perſona, vel Sola, vel Socia. Sola, cujuscunque etiam conditionis, ſive Status (a); ejusque Succeſſor (b). Socia, ut: auxiliator (c): receptator (d): ſcriba (e): fœmina (f): exceptâ domo Burgundicâ (g), & perſonâ Eccleſiaſticâ, imperio mediatè ſubjectâ (h).

(a) Nam cum conſtitutio P. P ſit, ſuâ indole, univerſalis, non obſervata ullâ prærogativa excellentiæ. Gail. 1. *de P. P. 1. n. 9.* vel allegatæ ignorantiæ: *tx. l. Nec ſupina. 6. & l. Regula. 9. de I. & fact. ignor. l. Conſtitutiones. 12. C. eod.* Vult. 1. *I. R. 7. num. 37.* Don. 1. *Com.* 18. *& ſeqq.* ubi Hill: omnium ordinum, tàm maiorum quàm minorum, tàm ſummorum, quàm infimorum populos ſuo ambitu complectitur. Gail. *d. lo:* & judicio Camerali adſtringit Myns. 5. *Obſ. 58. num.* 10. ubi hoc ad P. P. EE. domum Auſtriacam, & Ducem Lotharingiæ, extendit *n.* 1. *&* 2. etiamſi hi, in primâ & ſecundâ inſtantia Cameræ tribunal aliàs non ſequantur. Num verò idem obtinet in Principib. Eccleſiaſticis immediatè imperio ſubditis? Quod exiſtimem, *per c. Si Epiſcopus,* ibi: *præceptione Regiâ.* 18. *diſt. c. Nimis.* 30. *X. de Iurejur.* eo ſcilicet reſpectu, quo dignitatem, Regalia, Feuda imperio nuncupant Gail. *d. lo. c. 1. num.* 12. quæ hoc caſu amittunt; non tamen impoſita banni pœnâ. Mind. *de Proceſ. ex. lib. 1. cap. 22. n. 2.* Nam licet Imp. Clericum in perſonâ punire nequeat, in patrimonio tamen, ſibi ſubiecto, poteſt. *c. Nimis. de Iurejur. p. all.* à Gail. *d. loc. num.* 14. Ratione perſonæ & ordinis aliâs ordinariè ſuo magiſtratui Eccleſiaſtico, ut Pontifici, quò ad cognitionem criminis ſubjiciuntur. Schurff. *Cent. 1. Conſ. 72. num. 3. & ſeqq.* Myns. *d. loc.* Mind. *d. loc.* (b) In caſum, quo ex delicto mortui diffidatoris aliquid lucratus fuit. Vult. *1. I. R. 54. num. 52, 53.* vel dolo fecit, ne lucraretur. *l. Sicuti. 38. de R. I. l. In heredem 5. pr. de Calum. l. In heredem. 26. de Dol. mal.* Kayſ. Landtfried de an 1548. tit. Daß die inſtantz der Landtfriedbrüchigen beſchedigung vnd entſetzung auff deß beklagten Erben fallen ſolle: & in caſum, quo actioni criminali de banno civilis, de refuſione damnorum & intereſſe coniuncta:

hæc

hæc enim duo remedia, cum aliis, in Camerâ uno eodemque libello cumulari poſſe, patet ex eod. Landtfried an. 1548. tit. das am Cammer Gerichte nicht allein auff die Peen / ſondern auch vmb zugefügte ſchäden vnd entſatzung principalitèr mög geklagt werden. Ord. Cam. p. 2. t. 9. §. Wir wollen auch / Conſent. Gail. 1. *de P. P. 6. n. 7.* Aliàs regularitèr actio pœnalis, ut, hoc in caſu, eſt pœna banni, vel gladii, quæ regularitèr heredem non adficit, *d. §. Non autem, Inſt. de Perp. & temp. act.* utpote cum defuncto extincta. Mynſ. 1. *Obſ. 98.* Wurmſ. *Miſc. obſ.* 8. Marc. Lyclama paſsim *tr. de Benedict. adverſus maled. A. Fabri.* Diſſ. jus Canon. *c. In literis. 5. de Raptor. c. f. de Sepultur. c. Si Epiſcopum, ubi gl. in verb. reddantur. 16. quæſt. 6.* Ratio eſt, quod heredis ſit purgare conſcientiam, & liberare animam defuncti à peccato, quod non dimittitur ante ablati reſtitutionem. Ultra hereditatis tamen vires non tenetur filius, cujus pater ex prædis, rapinis, concuſſionibus, hujusmodi bona adquiſivit, etiam non confecto inventario, per all. à Gail. 1. *de P. P. 20, n. 22.* (c) Operam & auxilium hoc in crimine adcommodare cenſetur, qui armatus alteri adſiſtit, etiam manum non admovens; ſed, quia ob ejus præſentiam inſultatus timidior, aggreſſor animoſior redditur, *l. 1. §. tuliſſe, ad Syllan. ex. l. Item apud Labeonem. 15. § feciſſe. 8 de Iniur.* Guid Papæ, *Deciſ. 423. n. 4. incip. evenit caſus.* Ignem enim qui ejusmodi atrocioribus delictis ſtruit, qui flammam ſufflat, qui lignum ſuggerit, qui oleum affundit, pari pœnâ digni: omnes enim adjuvant, *c. Facientis 3. diſt. 86. c. 1. de Offic jud. deleg. c. Quanta. 47. de Sent. excom. l. Utrum. 6. ad L. Pomp. de Parric.* Farin. *q. crim. 129. & ſeqq.* Gail. 2. *de P. P. 10. n. 26.* Quid, ſi jure prætenſæ familiaritatis, vel amicitiæ ſibi in diffidando invicem vicariam operam præſtent, Wann einer dem andern etwann beym Trunck verſpricht / mit jhm zu reiten / vnd jhme hierunter einen Geſellendienſt zuleiſten: Erúntne, ex hoc capite, exemti à crimine diffidationis? N. Gail. 1. *de P. P. 1. num. 46.* ex eo, quod amicitia, præſertim talis, peccatum non excuſet, per *l. Prætor. ait. 2. §. Si quis non homines. 12. D. Vi bonn. rapt* Quid, ſi aliquis diffidatori auxilium præſtet, affigendo ſcopas, titiones, vnd dergleichen Brandtzeichen? Hunc diffidationis crimen incurrere placet, P. H. O. art. 128, id quod in Saxon. obſervari ex Moll. & Beuſt. docet Bocer. *de Diff. cap. 6. num. 7.* (d) Simili pœnæ cum

F prin-

principali ſubjugandus, *l. 1. de Recept. l. Congruit, 13. D. de Off. Præſ. l. 1. & 2. C. de His qui latron. vel al. crim. reos occult.* Landtfriedt de an. 1500. t. Vom auffgerichtem Landtfriedt & an. 548. Rubr. Friedtbrecher/ vnd ſolche Thäter nicht zuhauſen/ an. 555. § Solches alles abzuſtellen vnd für zukommen. Limitatur in uxore bannitum maritum recipiente, ob ſacrum & indiſſolubile conjugii vinculum, *c. 1. & 2. X. de Divort. pr. Inſt. de Patr. poteſt. l. 1. de R. N.* Rittersh. *2. Diſſ. Iur. C. & C. 8.* quod nec aquæ vel ignis interdictione ſolvitur, *l. Res uxoris. 24. v. Sin autem, C. de Donat. inter vir. & uxor. l. 1. C. de Repud.* nec aliis caſibus fortuitis & adverſis, *per l. Si dotem. 22. §. Si maritus. 7. Sol. matrim.* Nam etiam limitabitur, ſi parentes, agnati, cognati, adfines &c: hoc caſu recipiantur? Aff. *per tx. l. Eos. 2. de Receptat. & d. l. Congruit. 13. de Off. Præſ. l. Procula. 26. de Probat. l. Vel ſine ſanguine, 12. de Manumiſſ. vind.* Gigas. *tr. de Crim. læſ. Maj. lib. 3. Rubr. de Pœnis quas filii incurr. q. 10. n.* Gail. *2. de P. P. 10. num. 25.* Hartm. Hartm. *t. 5. Obſ. 15. n. 1.* [illegible] R. A. zu Regenſpurgk an. 594. § Dergleichen vnd dieweil in etlichen orten leute gefunden werden/ die ſich zu den verbottenen Vehd: vnd Abſagsbrieffen zuſchreibē gebrauchen laſſen &c: Arum. ad A. B. *d. c. 17. th. 19. p. 293.* ubi ait, quod, hoc caſu, in Camera proceſſus ſupplicando extrahi poſſint, Buxtorff. *ib. ad A. B. lit. 1. ſubſ.* Heig. *2. q. 32. n. 1. & 55.* Weſ. *ad L. Iul. de Sic.* Quod eo magis procedit, ſi concurrat factum cooperativum, eo ipſo, dum ſcriba literas adfigit &c: Concordat jus provinciale Boruſſicum, teſtante author. ejus. *lib. 6. t. 5. de Cæd. homicid. ejusq; pœn. art. 1. §. 7.* vel procuret, ut ſcribantur, *arg. l. Lex Cornelia, 5. §. 9. de Injur:* vel typographo tradat, ut excudantur. Reform. guter Policey an. 1548. tit. Von Schmähſchrifften &c: §. Ferner ſetzen/ ordnen vnd wollen wir/ ibi: in Truck bracht: vel bibliopolæ, ut vendantur, Policey Ordnung zu Franckfurt/ tit. 35 Von Buchtruckern/ Schmähſchrifften/ ſchmählichen gemalden/ gedichten vnd anſchlagen/ an. 1577. Junge Rumelin *ad d. c. A. B. th. 7*, ubi ſcribæ diffidatoriarum literarum mitiorem pœnam, in Saxonia dictari refert. Quid vero, ſi pœnitentia ductus literas tales repetat Scriba, nō ſubſecuto exinde damno, eritne impunis? N. *per l. Qui falſam, 19. de L. Cornel. de Falſ. l. 1. pr. §. Qui vero. de Extraord. crim.* Hac occaſione Q: Num in hoc Crimine diffidatorio conatus ut effectus puniendus?

dus. Quod adfirmo: Crimina enim publica, non commodiore viâ, quàm innocentia purgandi, *l. Si quis. reus. ſ. pr. de Publ. judic* Quod, cum de genere adfirmetur, cur non etiam de ſpecie noſtri criminis? Hoc enim, flammas nocentiſſimas, concepto igne, evomit, atque ita actum effectumque ipſum per quàm proximum ſecum trahit, ut loquitur Mind. 1. *de Proceſſ 25. num. 5. pr.* & in terminis terminantibus concludit, Weſenb. *in π. ad L. Iul. de Sicar. n. 11.* per Conſt. Carol *c.* 128, & Legem Moſaicam. Quod ipſum jus provinciale Boruſſiæ, quo ad hoc punctum, ob delicti atrocitatem reſtringit, *d. loc. § 9.* adeò, ut, etiamſi ex conatu damnum nullum datum. Nam generalitèr in omnibus delictis facilè in conſequentiam trahendis, affectus punitur ſine effectu, Gail. 1. *de P. P. 14. num.* 28: exemplo criminis læſæ Mtis divinæ, ut Hæreſeos, *c. Sane profertur.* 24. *quæſt. 2. c. Accuſatus. § In eo vero. de Heret. lib. 6*: vel humanæ, *c. Si quis cum militibus. 6. quæſt. 1. l. 1. §. 1. ad L. Iul. Maieſt. l. Quisquis. 5. pr. v. eadem enim ſeveritate, C. ad L. Iul. Maieſt.* A. B. *tit.* 23. Vult. 1. *I. R. 54. num.* 8: Simoniæ, *can. Nullus Epiſcopus*, 1. *quæſt.* 1: Sodomiæ, Gail. 1. *de P. P. 14. num. 26*: Lenocinii, *per l. Etſi. ad L. Iul. de Adult. id. ib. num.* 27. Barbariæ, Petr. Theod. *Coll. crim. diſp. 8. th. 1. in medio.* Aſſaſinii. *c. 1. & ſ. de Homic. in 6*: Veneficii, Zieritz. *ad Conſt. Crim Carol 5. c. 178*: Proditionis, cuiuſmodi contingit etiam, Wann ein Capitain eine Veſtung oder Stadt/ vergeblich/ ohne höchſtdringende Nohe/ dem Feinde aufſzugeben vorhabens/ Arum. *Vol. 4. I. P. diſc.* 40. *per l. Poſtliminium. 19. §. Transfugæ. 4. de Capt. & poſtlim.* Remus *d. Conſt. Karol. 5. lit. a.* (f) *Per l. In quæſtionibus. 8. ad L. Iul. Maieſt.* Plura all. Gail. 1. *de P. P. 1. num.* 34. Mynſ. 5. *Obſ. 58 num.* 8. Moll. 3. *Sem.* 29. Etſi enim mulieris proprium non eſt pugnare: attamen inveniuntur etiam Amazones, ipſis maribus vim interdum inferentes, P. H. O. *c. 64* ubi Zieritz. (g) Reſpectu ſubditorum Ducatus Brabantiæ, qui, coràm ordinario judice loci, ad pœnam banni & juris communis, conveniuntur, nec à loco domicilii evocantur, uti patet in magnis Comitiis an. 1548. §. Nach dem von den unſern Brabandiſchen &c: non autem contemplatione ipſius Ducatus Brabantiæ. Sic Camera Imperial. contra Regem Hiſpaniæ, ut Brabantiæ Ducem mandatum de non offendendo decrevit, Mind. 1. *de Proc. 22. n. 1.* Junge Mynſ. 5. *Obſ. 58. num. 2.* (h) Omnes e-

nim

nim cauſæ mediatorum, tàm Civiles, quàm Criminales ad forum Eccleſiaſticum pertinent: Sed, ne crimina ſint impunita, priùs exauctorantur, & ſic judicio ſeculari ſubiiciuntur: cùm, quod judex Eccleſiaſticus ſanguinis pœnam agitare nequeat, *tx. c. Prælatus, 2. de Homic. in 6. & c. Clericus. 5. & c. Sententiam. 9. ne Cler. vel monach. ſecul. neg*: tùm, ne Clericus, in ignominiam Ordinis, ut clericus moriatur, Gail. *1. de P. P. 1. n. 16. & ſeqq.* Mind. *d. lo. n. 2.*

XVI.

PUNIRI queunt Rei condemnati; idque vel Ordinariè, vel Extraordinariè. *Ordinariè* ſive Corporalitèr, ſive Pecuniaritèr. Corporalitèr, quo ad amiſſionem vitæ; eiusque vel Naturalis, vel Civilis. Naturalis, ut: pœnâ Gladii (a)· Civilis, ut: Banni (b): privationis omnium Privilegiorum (c). Pecuniaritèr ſcilicet reſpectu Bonorum, ut pœnæ nummariæ ſolutione (d): ſpolii reſtitutione (e): damni refuſione (f). *Extraordinariè*, utpote pœnæ mitigatione (g).

(a) Lege Julia Mtis tenetur, qui injuſſu Principis, bellum geſſerit, delectum habuerit, exercitum comparaverit, *l. Duodecim 3. ad L. Iul. Maieſt. f. l. f. eod.* etiamſi rem benè geſſerit, ut ex Alberic. refert Arniſ. *d. c. 5. de Iur. Mtis. maior. num.* 10. Tenentur etiam tales, ut violatores P. P. ſi ſcilicèt contra ſtatum imperii, hoſtile quid machinentur *l. in eâdem. 3. l. 5. & t. t. ad L. Iul. de Vi publ. l. f. C. eod.* Mind. *d. lo. c. 24. n. 2. & 3* P. H. O. *art.* 128, ibi: Sollen mit dem Schwert/ als Landtzwinger/ vom Leben zum Todt gerichtet werden/ vnangeſehen/ ob ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hetten: eadem habentur in R. A. an. 1555. §. Wir ſetzen/ordnen/ ſtatuiren &c: (b) Bannum propriè proſcriptio eſt, unde banniti proſcripti dicuntur, welche in die Acht oder Ban gethan/ vnd vom brauch Waſſers vnd Fewers verbannet ſeind. In hanc autem pœnam incidit, qui collectis & armatis hominibus P. P. violat, Gail. *2. de P. P. 1. n. 2*[illegible]. Quod, cum iniuſtus diffidator faciat, quid obſtabit, quò minus pœnam banni incurrat? Quæ huius ſit ratio, notat Gail *1. de P. P. 1. n. 7. & 8.* Id quod vult etiam Ord. Cam. Imp. *p. 2. t. 9.* §. So jemands. & §. Vnd ob ſich zutrüge/ das jemand/ dieſen

Landt-

Landfrid:n zuwider / den andern mit Heerskrafft / oder ſonſten gewaltig über ziehē würde / &c: ſollē / vff anſuchē deſſen / der ſich deß überzugs beſorget / &c: bey der Peen vñ ſtraff der Acht gebietē / &c: Notandum etiam heic bannū eſſe duplex, univerſale & particulare: illud eſt imperii, quod à ſolo Cęſare & Camera imponitur, Otto Meland. *Com. Cam. p. 2. concl. 56. lit. B. ſac. Poſ.* 13. *ſup:* hoc alterius judicii ab Imperatore permiſſi, ut Rotvvilenſis, in Alſatia & Brisgoia uſq; ad Rhenum, prohibens converſationem & receptionem bannitorum, non verò admittens offęnſionem, Everh. junior. 1. *Conſ. 52. n.* 1: & Weſtphaliæ, certo etiam diſtrictu concluſæ, Sichard. *ad L. I. C. de Hered. inſtit.* (c) Quod pœnæ banni tacitè inhæret, ut expreſſione ſpeciali opus non ſit, Gail. 1. *de P. P. per tot.* Ord. Cam. *p.* 2, *t.* 9. §: So jemands vnd ſo bald auch / ibi: ſollen deß oder derſelben Leib vnd Guth allermänniglich erlaubt ſeyn / vnd niemands daran freveln / oder verhandeln können / oder mögen. Darzu alle verſchreibung / Pflicht vnd Bündnuß jhm zuſtehend / vnd darauff ſie forderung / oder zuſpruch haben möchten / ſollen gegen den jenigen / die jhnen verhafft weren / ab: vnd todt / auch die Lehen / ſo viel der überfahrer gebraucht / dem Lehen Herrn verfallen ſein / &c: Hinc, cum banniti omnia jura Romanæ Civitatis amittant, per *l. Sunt quidem,* 17. §. 1. *de Pœn.* & ex toto orbe Chriſtiano banniti cenſeantur, R. A. zu Erffurdt an. 1567. §. Wir wollen auch / verbb: Benante König / alß Hiſpanien / Franckreich / Dennemarck / Polen vnd Schweden / auch die gemeine Eydgnoſſen &c: Meritò omnia privilegia, perdunt, *per ſup. dd.* (d) Quæ pœna ipſo jure huic crimini, tanquam fractæ P. P. tacitè ineſt, Handhabung deß Friedens / Rechtens vnd der Ordnung zu Wormbs / *de an.* 1495. *tit.* Wie der Landfried zu halten gebotten / vnd verpeenet iſt / *Ord. Cam. part.* 2. *t.* 9. §. 2. Gail. *1. de P. P.* 20. *n* 19. ubi adſerit, eſſe duorum millium marcarum auri puri, 2000 Marck feines (hodiè dicimus Lötiges) Goldes; ſequitur Schvvanm. 1. *de Proc. Cam.* 14. *n.* 10. Contradicunt Mynſ. 5. *Obſ.* 78: *n.* 2. Mind. *1. de Proc.* 26. *n.* 5. Boc. *de Diff. c.* 6. *n.* 20. illam pœnam reſtringentes ad ducentas marcas. In regno Poloniæ, in nobili, pœna eſt 100 marcarum, teſte Paulo Sczerbic. *d. Promt. Stat. reg. Polon p.* 4. *c.* 5, *p. mihi.* 268. Heîc Q: Cuinam *ſup. d.* pœna adplicari debeat: Num ſoli Fiſco, num ſoli Parti, vel Utrique ſimul?

 Poſterius

Poſterius placet, per *tx. Lege Cornelia 25. §, ſ. ad Sc. Syllan. d. R. A. de an.* 1495. *d. t.* Wie der Landfried zu halten: & per Rationem. Si ſoli Fiſco: ecquis de populo tum ſeſe immiſcebit negotio ad ſe non pertinenti, *contra l. Culpa. 36. de R. I.* ſine ſpe lucri vel præmii? Si ſoli Parti: ecquis tum nō ſeſe immiſceret, ſpe commodi & lucri? Quid ergò dicendum: Ponenda eſt heic neque merè criminalis, neque merè civilis, ſed ex utraque mixta actio, Gail. 1. *de P. P. c.* 15. *n.* 25. *&* 2. *de P. P. c.* 9. *n.* 21, ibi: Und erkennen, das er den halben theil dem ermelten (intellige Kayſerlichem) Fiſco, und den andern halbē theil, berürtem klägern, &c. zu entrichten vñ zubezahlen ſchüldig ſeyn ſolle. De act. mixta Vult. 2. *I. R.* 6. *n.* 2. *p. mihi.* 483. *pr. & c.* 25. *n.* 16. (e) Hoc, ſi accuſator ſolùm intendit, civiliter agere dicitur. Liberum enim ipſi eſt experiri criminalitèr, ratione pœnæ ſejunctim; vel civilitèr & criminalitèr, ob rem & pœnam conjunctim. Ord. Cam. *p.* 2. *t.* 9. *v.* Wir wollen auch. Mynſ. 4. *Obſ.* 34. 5. *Obſ.* 78. *n.* 4. ſequitur Mind. *d. loc. c.* 26. n. 5. Actio enim ex modo agendi in omni perſecutione diſtinguenda, Vult. 2. *I. R.* 6. *n.* 2, 3, 4. Hinc criminalis civilitèr intentata, dicitur merè civilis, Gail. 1. *de P. P.* 8. *n.* 13. Tria autem heic actori in ſupplicatione probè obſervanda, (1.) Expoſitio non nudi vel ſimplicis facti diffidarii, ſed qualificati & articulati, das beklagter jhm angeſagt, jhn auffs euſſerſte mit Fewer, Schwert, Rauben und Plündern zu verfolgen &c: (2) modus procedendi, Und ſolches mit gewapneter und gewahltſamer hand, (3) animus offendendi, auß böſem fürſatz und lautern frevel. de quib. Gail. 1. *de P. P.* 7. *per tot.* Mynſ. 3. *Obſ.* 98. *&* 4. *Obſ.* 80. Schvvanm. 1. *de. Proceſ. Cam. c.* 14. Cothm. *Reſp.* 2. *vol.* 2. Quibus omiſſis requiſitis, mandatum in Camera non decernitur, ſondern wird Supplicanten das gebetene Mandat auff den Landfrieden abgeſchlagen. Gail. *d. loc. c.* 7. n. 18 *c.* 5. *n.* 23. *lib.* 1. Mynſ. 4. *Obſ.* 80. Formulam bonæ ſupplicationis, hoc in paſſu, vid. apud Gylman. *tom.* 2. *p.* 3. *Symph. tit.* 5. *ſupplic.* 9. *& tit.* 10. *ſupp.* 7. *t.* 11 *ſuppl.* 1. 2. 3. Unde in diffidamento non ſecus, quam in aliis ruptæ P. P. ſpeciebus Spiræ proceſſus decretos, adfirmat per exempla, Mind. 1. *de Proceſ.* 25 *n.* 5. (f) Ab actore liquidandi cum circumſtantiis. Eſt enim actio in factum concepta, *l. Quia actionum*, 11. *l. Duo.* 23. *de Præſc. verb. l. Laqueum.* 55. *pr. de A. R. D.* Kayſerlicher Landfriedt an. 1548.